

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione Editio
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.
Sacramenti ...

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

In Festo Sancti Petri Ad Vincvla.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](http://urn.nbn.de:hbz:466:1-56262)

In c. II. I. f. 1.
ea, Iesum Christum, æternæ vitæ fructum, nobis prorulit. Fueristi lignum illud Sethim, lignum æternum, & omnis corruptionis expers, è quo arca Testamenti compacta fuit, in qua non iam manna, nec legis tabulae, sed ipse me legislator requiesceret. Fueristi benedicta illa viuentium terra, quæ sacratissimam Virginem genuit, semper in gratia viuenter, & numquam peccato mortuum, & per eam ipsummet vitæ auctorem Iesum Christum mundi Redemptorem. Fueristi denique, ut quidem D. Hieronymus ait, illa Isaiae verba, Egregie virga de radice Iesse, & flos de radice eius a cendet, interpretatus, virga illa Iesu; & qua virgo mater velut virgula, & Iesus Christus ceu regius quidam flos pullularūt. Horum omnium ob causam & hisce titulis, summo te honore prosequimur, tibiq; communis omnium summisione pierateque supercamus, ita ut nobis tuis aditis precibus & intercessionibus, vt tandem a Deo optimo maximo delictorum in hoc mundo remissionem & indulgentiam, in altero vero gloriæ eius possessionem impetreremus, ad quam nos dirigere dignetur Deus Pater, vnigenitusque eius filius, ac gloriosus Spiritus sanctus. Amen.

IN FESTO SANCTI PETRI
AD VINCULA.

Partitio.

1. De Ecclesia splendore per figuræ illustratio.
2. De iudiicio diuiso mundi & Dei.
3. Festivitas hac cur ad Vincula dicta.
4. De nomine Vinculi.
5. De catenis S. Petri moraliter expositis.
6. De eiusdem liberatione per Angelos: & quid hoc.

Misit Herodes Rex, vt affligeret quosdam de Ecclesia, &c. Act. 12.

FIGURA.

Horrendum sane ac funestum spectaculum est, Audatores, videre in Apocalyp-
Beffai tom. 3. De Sanctis,

pī ingentem illum draconem rufum ante mulierem duodecim coronatam stellis, & Sole amictā, tese sistere, eamq; iamiā parturientem vehementissime persequi, vt recens editam prolem deuoret, in camque quibus potest modis grastetur. Describit eo loco Ioannes, quæ tunc Ecclesiam premebat, persecutionem, quæque Antichristi eam tempore oppressura erat. Mulier enim hæc duodecim rutilantibus redimita sideribus haud dubio Ecclesia erat, iam inde à sui exordio duodecim illustrata & decorata Apostolis, qui velut fulgentissima quædam astra, sole Christo Iesu, per vniuersum terrarum orbem longe lateque fulserunt, & Euangelij omnia luce collustrarunt. Vultus & ferus hic draco diaboli erat imago, aut potius Herodis Tyranni, qui furoris & rabiei astu rufus, & effuso sanguine etiam rubescens, hodie Ecclesiam persequitur, & vehementissime exagit, eius opprimere filios satagens, & iaprimis primogenitum ciuidem filium Petrum, quem in vincula conicit, & compeditibus constringit, vt inde ad mortem eum, nisi cœlestis numen impedit, & Dei viuentis iustitia hominis malignissimi tyrannidi immanitatis obluctetur, rapiat. Materia hæc tragicomica est: eius namque initia tristia, feralia, & illætabilia sunt; sed iucunda catastrophe. Evidem hoc modo vobis percurrere constitui; vt autem Spiritus sanctus auxilium dicenti afferat, nostræ illi vota preecessq; offeramus, & gloriosissimam Dei matrem rogemus, suam vt opem etiam conferat, quam eam ob causam Angelica salutatione inuocabimus, dicemusque

AVE MARIA.

Inclytum illud Apostolorum decus Paulus admirabilem olim diuinæ sapientiæ dispositionem decretaque circa Ecclesiæ suæ regimen miratur, sic de iisdem in ea quæ ad Ephesios, locutus est, *Vi innotescat, inquit, Ephes. 3. principibus & potestatibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, secundum præfinitionem angelorum, quam fecit in Christo Iesu. In quem locum scribens Angelicus Doctor D. Thomas,*

Nnn

vult

S. Thom.

vult hęc in Angelorum prædicium ab Apostolo minime dicta esse, neve mentem eius fuisse, docere. Angelos Apostolorum è prædicatione quipplam quod antea ignorabant didicisse: indecens enim minimeque consentaneum & statui felicitatis repugnans videri, beatum ac comprehensorem viatoris in gymnasio agere, & Angelis cœlestibus ac immortalibus homines mortales in præceptores, ac paedagogos obtinere: docere autem voluisse (quod sane exploratissimum & maxime indubitatum est) spiritus ac mentes illas cœlestes magnam Dei sapientiam ex Ecclesiæ successibus quos Apostolis prædicantibus ac mysteria exponentibus annotant, cognouisse, ac præcepisse.

Dei sapientia in Ecclesiæ regimine pater.

Psal. 36.

Ait ergo Apostolus, Dei se sapientiam diuinissimode aperire ac patefacere, eamq; tam in cœlo terraque, quam Ecclesiæ regimine ac directione elucere: quia variis in ea adhibet modos, diuersos producit effectus, variaque mysteriorum genera usurpat, omniaque sapientiae suæ æternæ & infinitæ signa manifestat. Quod regius ille Vates admirans exclamat, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Etsi vero locus hic sensu literali de ciuitate Ierusalem intelligendus sit, de qua gloria reuera dicta fuere, omnium quod regia sacerdotalisq; esset ciuitas; quod que templum Domini & testamenti Arcis ea forēt; quod vero omnem superlatiæ laudem, maximeq; gloriosum est, quod in ea Messias, Angelorum rex, & torius vniuersi Dominus docuerit, Euangelium prædicat, miracula patrabit, mundi salutem operatus sit, crucem in ea ac sepulchrū suum reliquerit, spiritum ibi paracletū misericorditer, deoque prima Ecclesiæ suæ fundamenta iecerit, ut in æternum perdurari: mystice tamen & proposito conuenienter de Ecclesiæ hoc potest ac debet intelligi, cum totus ipse Psalmus à Patribus de Ecclesiæ sit olim expositus; Fundamenta eius in montibus sanctis, id est, Ecclesiæ in Apostolis & Prophetis, qui omnes sanctitatis ac doctrinae montes fuerint, est fundata, iuxta illam Ioannis visionem, Et ciuitas habebat fundamenta duodecim, & in eis nomina duodecim Apostolorum Agni, &c. & ad Ephesios 2. Superad si ati, supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum.

Ephes. 2.

Et de sancta hac ciuitate, de Ecclesiæ, inquam, gloria ac mirabilia dicta sunt, quod Ecclesiæ & nimirum regnum esset Iesu Christi, quod illic gurare. Iustis ac fertilis illa vinea, quam homo quidam plaurauit, locauit agricolis, saepè circumdedit, turri addit, communivit, ac toscular in eius medio constituit: quod esset ager paterfamilias, in quo bonum cresceret. Semen intermixtis zizanijs: quod esset lagena acrete, quæ in medium iacta pelagus varios & omnigenos concludit pisces, bonos iuxta ac malos: quod esset ingens illa nauis, quæ aduersis agitat ventis, tempestatisbus ac procellis huc illicque raptabatur, quod esset deinde domus illa regia, quam in petra sapientia extruxerat, septemque columnis suffulserat; de qua in Proverbijis, Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem.

Gloriosa vere de Ecclesiæ hac dicta sunt: quod eam Deus in toboris ac potentiarum suarum armamentarium, regnum imperiorumq; suorum arcem, in gratiarum suarum, indulgentiarum ac misericordiarum tribunal, in omnium peccatorum, maleficorum ac reorum omnium refugium, in thesaurorum ac diuinitarum promptuarium elegerit; quod Deus optimus maximus in eo pretiosissima Sacramentorum monilia, thesauros incomparabiles, & omnibus mundi morbis medelas, sed in primis pretiosum suum corpus, mirabilium omnium maxime admirandum, & omnium magnorum unquam coelitus editorum opere compendium, iuxta illud Psalmographi, Memoriam fecit mirabilem suorum misericors ac miserator Dominus, oscam dedit timentibus, & reliquerit: quod duodecim piscatorum misellorum, abiectorum, plebeiorum, idiotarum, obscurorum, militum exarmatorum, & ducum auctoritate destrutorum auspicio ductuque eam asseruerit & fundarit.

Magnam Deus olim sapientiam, ac sapientem magnitudinem ac potentiam tum per Aegyptum exhibuit, cum ranarum, cinnophum, locustarum, animalculorum inter omnia in terum natura vilissimorum, adminiculo vniuersum Pharaonis regnum concussum, pepercit, & exagitauit. At maiorem idem Deus

Deus

Deus sapientiam potentiamq; tum in Ecclesiæ suæ exaltatione & fundatione exseruisse visus est, cum duodecim pauperum vi-
torum, quibus nulli in orbe viliores & abile-
tiores erant, opera industriaq; eam fundare, ceterumque tum dextra, tum lingua mundum vniuersum subiugare, & tartareas simul & terræ potestates consernare voluit. Vnde merito Apostolus Dei optimi maximi magnitudinem maiestatem, sapientiam ac potentiā exaltatus, dicere potuit, *Infirma mundi elegit Deus, ut fortia queaque confundat, destruat, atque subuerteret.*

i Cor. 1.
Persecutio-
ne crescit
Ecclesia.

Illustrē profecto & gloriosum est, quod diximus hactenus, magnaue mirabilia in hoc includuntur; conficendum nihilominus est longe sublimiora & admirabiliora de hac Ecclesia dicta esse in ijs, quæ ad eius regimen & directionem spectant, quod nimis per crucem Iesu Christi fundata, persecutionibus exeruerit, per vincula, catenas, compedes, ignominiam, & opprobria illata seruis illius nimium quantum ciui sit honos dilatatus, mors illi vitam attulerit, tempestates malaciam, bella pacem, prælia victoriæ, afflictiones augmentum, vexationes securitatem, honorem confusio, & immortalem dederit infamia gloriam. In his haud dubie relucet maxima quædam Dei sapientia, & Angelis hoc ex sensu Apostoli ingentem admirationem adfert; *Innotescit, inquit, principibus & potestatis per Ecclesiam multis formis sapientia Dei.*

*Iudicia Dei
differunt à
iudicij ho-
minum.*

Matth. 17.

Matth. II.

In quo dieendum, sicut & in omni re alia Christianæ confidendum, alia longe Dei esse iudicia, alia hominum, imo sanctorum coelesti gloria donatorum discrepare nimium quantum ab hominum in mortali hac vita degenerium iudicijs. Cœlum siquidem longe alia sentit quam terra, aliaq; habet axiomata. Ipse quoque Christus Dominus, Verbum Patris æternum, sed in mundo incarnatum, ut magister aliquis ac docto rœco missus ad homines eadem edocendos, vti in monte Thabor audita cœlitus vox testata est. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cœplasti, ipsum audiens toties namq; alta voce clamauit, Qui habet aures audiendi audiat nouas propositiones, axiomata coelestia, sanctorū ma-*

ximas; & alibi, *Qui ex Deo est, verba Dei audiunt, Ioan. 8.*
& rursus, *Beati qui audiunt verbum Dei.*

Axiomata honoris, & generales scientiæ mundanæ, & philosophiæ terrestris conclu- Axiomata
siones sunt hæc, vile esse & recordis animi ar- philoso-
gumentum iniurias ferre, contumelias & di- quanimitate tolerare, honori repugnare, ma-

xime esse indecens pauperem esse, omni ca- rete commodo, & opes nullas penitus possi- dere; ignavi, inertis, & imbecillis esse tese abiicere, alijsque libenter cedere. Illustrē contra, speculum, per honorificum, & sum- mæ beatitudinis genus, diuinitijs affluere, ho- noribus beari, voluptatibus innatare, delicias conseruari, hinc beatum dixerunt populum cui hæc sunt. hæc scilicet beatitudines sunt mun- di, ac plenæ eiusdem felicitates, ac latæ for- tes

Dei vero sanctorumque eius axiomata & maxima sunt plane oppositæ, & penitus à Dei ac San- prioribus discrepantes. Audite illorum de inurijs, contumelij & infamia etiam gra- uissima toleranda iudicium & sententiam:

Non solum autem, sed & gloriari: in tribulatio- nibus, quod autem generaliter hic dixerat, de se singillatim alibi sic explicat. Mibi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Quod mundus & cosmophili ut pro- brosum, infame, ac de decorosum cœsent, hoc Paulus & reliqui sanctorum ut solidum ho- norem, & æterna gloria titulum amplectus- tur; crux illis laureæ, iniuriaz croamata, op- probria decora, persecutions deniq; triump- phi ac diademata erant.

Idem ipse Apostolus re ipsa exequens, S. Paulus ante verbis tantum docuerat, cum ad com- pedes, carceres, vincula se cerneret redactū, suis gloria- longe fecus ac mundus, in intamia quærens vinculis tur. honorem, & in probrofissima cœfusione ma- ximam constituens gloriam, gloriatur & ef- ferrit, quod Iesu Christi vincitus, captiuus & catenis onustus esset, in compedibus & carcere, idque ob Domini sui gloriam in- comparabilis honoris titulum constituens, *Obsecro ergo, inquit, vos ego vindictus in Domino, Ephes. 4.* quasi dicaret nosque simul omnes edocere vellit. Obtestor vos omnes, nō vt filii Dei le- gatus & Apostolus, non vt Ecclesiæ eius Do- tor, non denique vt vas electionis, sed dun-

taxat ut vincetus ligatus & incarcерatus propter Christum : quaе sane dignitas em' ben-
tissima est, quamque omnibus, quos offerre
mundus potest, titulis nominibusque illu-
stribus antefero, ac pluris facio. Ad quæ
Apostoli verba hæc commentatiꝫ vice adne-
sc. 4. Eph. Etit magnus Chrysostomus, Magna sane di-
gnitas, Et regno quois & con uatu longe maior,
vinculum. Se compedibus & vinculis, vt erat
magnum hic Apostolus.

Magnus hic Constantinopolitanorum
Præſul huiusmodi afflictionum decus hono-
remque ita sublime effert, vt pro Christi glo-
ria tolerata vincula Regum Imperatorum
que diadematis anteferat ; qui imo hono-
rem afferre maiorem forsitan & gloriam cre-
dat, catenarum nexus & carceris ignomi-
niā ob solum Iesu Christi amorem pati,
quam ad illius cōſiderere dexteram, & in duo-
decim thronis præſidere. Audite ipſissima
viri verba; Maius eſt, inquit, vincula uſinere
pro Christo, quam regium diadema, & forſan il-
lustrius, quam feder. ad dexteram eius; honestius
quam ſe vere ſuper duodecim thronos Audax qui-
dem, vera nihilominus ſententia.

Veriſimile fit, huius Apoſtolos omnes o-
pinionis fuſſe, cum tam leto hilarique ani-
mo ad crucis, ſupplicia tormentaque prope-
rarent, & tanta mentis gemitis laetitia in-
iurias, opprobria, confuſiones, vituperia que
tolerarent, vt recte in Apoſtolorum Actis
obferuat D. Lucas, Ibant Apoſtoli gaudentes à
confœctu concili, quoniam digni habiti ſunt pro
nomine Iesu consumeliam pati.

Hunc ſibi honorem dum quidam è ve-
ribus Græcie Patribus proponeret, ſi ſibi da-
retur optio, vel caelo donari, vel cum Paulo
in carcere catenis onerari; malle ſe ait cum
Apoſtolo in compedibus gemere, quam cum
Angelis in caelo beatitudine perfrui, quin &
vterius progressus, non tam beatum ſe du-
cere Paulum afferit, quod in tertium ſit ca-
lum ſubiectus, quam quod in tertium cali-
gino ſunque ſit carcerem compactus. Audi-
te eius verba, Si mihi optio daretur, inquit, aut
effe in caelo, aut in carcere cum Paulo, præliegerem.
catenam: neque ita beatum Paulum dico, quod in
paradisum aptus, atque quod in carcerem effe con-
ſidem. Tandem velut epiphonema ſubiun-

git, Non tanti eſimo uniuersa Sanctorum mira-
cula, quanti vincula.

Minime autem dubitandum, quin omnes
omnino Sancti diuinam hanc ſcientiam a Dieſ paſſo
ſummo Doctore Iesu Christo didicerint, qui nis dictus
ut ſtola mundi axioma illudetur, dole- dies glori-
roſum & probroſum paſſionis diem, glori-
ac triumphum ſuum dixit, cum ſic apud D.
Ioannem locutus eſt, Clarifica me Pater, per-
inde ac ſi diceret, Aduenit iam tandem paſſionis
meæ hora, Pater, per quam me ipſe cla-
rificaturus es, & ipſe honorem ſum & gloriæ
adepturus, luosque ipſum imitari & repeterere
dum vult, ita in Euangelio alloquitur, Beati Matth. 5.
eritis, cum maledixerint vobis homines, Et perfe-
cui vos fuerint, non ait, Beati tum denique
eritis, cum mortuos ad vitam reuocabitis,
cum dæmones pelletis, cum morbis medebi-
mini, miracula patrabitis, &c. ſed, cum per-
sequetur vos mundus, in terrenis ſcilicet tur-
bationibus & exagitationibus veti honoris
ſummam, & ſolidam fidelium beatitudinem.
ſtam eſſe persuadens.

Cui mirum ergo videatur, hodie ab Eccle-
ſia Catholica vniuersa magna gloria & ho-
nore, festiū plauſu ac pietate Principis Apo-
ſtolorum vincula & catenas coli ac celebra-
ri: quid mirum, ſi vniuersus qua patet orbis
Christianus hodiernū diem festum habeat,
& annua celebritate venerabilem: fundata
porro ſunt omnia in verbis, illis ex Actibus
Apoſtolorum de promptis: Mifit Herodes rex, Act. 12.
ut affligeret quosdam de Ecclesiæ, &c. Ut au-
tem vniuersam historię ſeriem perpectam
habeatis, & aliquid inde in velstram confor-
matiōnem faciens hauriatis, in duas hodiernam
concionem pro more partes diuidam, prima
iniquam & violentam B. Apoſtoli Petri in-
carcerationem comprehenſionemque pro-
fequar, altera liberationis eius laetitiam ſimul
& miraculum deducam.

Principio ergo, antequam velā ventis la-
xemus, longiusque pelago volemus, in lit. Quatuor
tore nonihil ſtamus, & nobiscum festi hu-
c auſtus originem, & quas ob causas institutum tuendæ hu-
uerit, diſquiramus oportet: quas ad qua- ius festiū
tuor primarias easque praecipuas reuocabi- tatis.
mus.

Ptima eſt, in gratiam miraculosa S. Pe-
trus

tri è carcere laxationis, quæ sane insignem fidelibus omnibus, qui Hierosolymis persecutionis Herodianæ tempore commorabantur, lætitiam & incredibilem consolacionem artulit, memoriam.

^{2.} Secunda, ut hoc pacto Christianis omnibus refricaretur facti illius illustris memoria, quod Alexandri à S. Petro sexi Pontificis & Ecclesiae capitis Pontificatu gestum commemoratur. Quirinus ergo Praeses Romanus, sacrificiis Ethniconum deditus, cum Alexander Papam in carcerem compiegisset, auditio, Hermetis viri in rep. illustris filiam ab eodem ad vitam reuocatam, fidei se nostræ accessum, & Christiana sacra amplexurum spopondit, hoc miraculo excitatus, suam filiam Balbinam nomine morbo nulla hominum naturæ arte pelli nescio affectam sanitati redderet. Alexander ergo cum iussisset, Balbina vt. Principis Apostolorum vincula supplex exoscularetur, illico ipsa sanitatem est consecuta, patens vero voti reus, & ex filia: sanitate sanam mentem induens, baptismo tinctus est; Alexander vero insignem exinde S. Petro Basilicam dedicauit, in quam sacrallius vincula & catenas intulit, ut maiori postmodum honore colerentur, & ab omnibus suspicerentur.

^{3.} Tertia festivitas huius instituenda causa fuit, ut hac inducta, gentilium superstitionis ritusq; diabolici penitus aboleretur. Veteribus namq; Romanis solenne erat, Augusti Kalendas anno cultu, in Imperatoris Octauij Augusti memoriam, celebrare. Sed Eudoxia Imperatricis, magni Theodosij filia, illustri pietate ac virtute fæmina, cum Hierosolymis vincula & catenas, quibus Petrus ab Herode vincitus fuerat, Romam attulisset, Pelagio Pontifici sua sit ac persuasit, ut abolitis Gentium sacris ac ritibus, dies illa Kalendasq; sanctorum Petri vinculorum recolendæ memoria posthac dedicarentur.

Quarta deniq; & ultima causa forte fuit, ut hoc pacto magno huic Ecclesiæ directori data vinculorum peccatorum ligandorum dissoluendorumq; potestas aliquatenus representaretur. Hæc porro causa ad moralém magis & allegoricum sensum spectat, quam sensus priores.

Secundo notemus ante necesse, quam historiæ coextum euoluamus, Vinculi signifi- IV. catum diversimode in sacris literis accipi so- men dicere. Interdum namq; ipsos denotat cateres simode in & locum, quo vinciti abducuntur. Sic usurpa- Ecclesia ac uit ipsum Joseph his fratres verbis alloquēs, cipitur. Vos autem eritis in vinculis, donec probentur, que Gen. 41.. dixisti, utrum vera an falsa sint. & in Euange- lio, Cum audisset Ioannes in vinculis opera Matth. 11.. Christi.

Alias captiuitatem ipsam sonata ac seruitum. Hoc sensu usurpatur apud Psalmistam, Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à Psal. 20.. nobis iugum iporum. Quin & apud Prophetas. Vnde Esaïas, Solue vincula collis tui captiva filia- sion. Et Jeremias eadem significacione duo- bus in locis, Fac tibi vincula & catenas. Jubet Esaï. 52.. namque Deus, Propheta ab ut catenas ada- Jerem. 27.. pter easq; ad reges Iuda vicinosq; principes mittat, veluti iustiis servitutis & futura ca- piuitatis præfigia, in quâ eos Nabuchodo- nosor Assyriorū Rex esset abrupturus. Et de- inde cap. 1. expostulans cū populo suo Deus, quod obediēt: uxiugum, xcusisset, à cul- tu suo desciusset, & ad falsam quandam li- bertatem aspirans præsticum toties fidelitatis. Sacramentum tam nequiter violasset, exclam- mat exprobrando, A seculo confre, isti iugum, rupisti vincula mea, & duxisti, Non seruam. Le- Leuitici quoq; cap. 2.6 Hebreorum Deus er- gase obligationem, & beneficium imprimis relaxacionis ex. Ägypti captiuitate & liber- tatis exaggerans, sic loquitur, eodem sensu vinculorum nomen usurpando, Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ägyptiorum, ne se uiretis eu, & qui confregi catenas inimico- rum vestrorum, ut incederetis erexit, honesta li- bertate fruentes. Quibus è verbis manife- stissime apparet nō catena vel vinculum seruitutis interdum symbolum esse, & pro eadem usupari.

Interdum vero Sacramentum repre- sentat matrimonij, sic acceptum videoas Ruth cap. 1. Nec apta vinculo coniugali, id est, nondū nubilis, coniugioque inepta. Et sancitudo ita vulgata est in hoc significatu vox hæc, ut quotiescumque de Sacramento matrimonij sermo incidit, sacram id matrimonij vincu- lum appellemus.

Nnn. 3, Sed

Sed ut plurimum & plerumq; vinculum in facis literis pro peccato accipi videbimus. Quod evidenter mihi testimoniis comprobare liceat: duo suggesteret Psaltes, unum eius filius Paræmiographus. Psalmo ergo 115 sic Deo suo gratias ob ablata peccata agit. Prophetæ, Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & alibi multo euidetur, Funes peccatorum circumplexi sunt me, quasi diceret, Peccata mea totidem sunt veluti vincula, funes & catena, quibus alligor, quæ misericordia libertatem auferunt, megis in servitudinem abripunt. Salomon porto in Proverbiis sic loquitur: Iniquitates sue capiunt impium, & funibus peccatorum suorum confinguntur.

His præludiis ac velitationibus præmissis, veluti historiæ nostræ præambulis, iam vela laxabo; causas tamen, circumstantias, ceremonias, aliaque particularia, quæ in Petri Apostoli captiuitate contingunt, prætermittens, hoc unum dicam, mysticum sensum infestando, & mysteria indagando, quod, quicunque moraliter tam vincula ac persecutio-nes, quam incarcerationem magni huius illustrisque Apostoli perspicere voluerit, illico agnoscer, & agnoscendo fatebitur, his omnibus ad viuum, sciali tamen funestoq; spectaculo, miserum peccatoris statum, sub diaboli captiuitate ac vinculis, in mortali hac vita constituti repræsentari.

Venimus Herodes, efferus ille tyrannus & nobilis hypocrita si quis unquam (qui ob insignem simulandi artem, & imposturas suas præstigiatices ab ipsomet Redemptore vulpis est dictus nomine, Dicte vulpi huic) Iesu Christi discipulis bellum indixit, & sublatu-
Lxx. 13. dictus vul-
di-
cato, (quod nomen Luctatorem aut la-
pes à Chri-
sto.
to.

Dæmon se-
culares si-
mul & reli-
giosos ve-
xat.

Herodes Christi discipulis bellum indicit, vitios iustos exagit, omnesque suas vi-
res, furias & violentias in aciem producit;
vt, quicumq; sub diuinorum mandatorum obseruatione vel actiuam, vel contemplati-
uam vitam complectuntur, cum scialares,
tum religiosos, tam qui in mundo agunt,
quam qui eodem ecclisi monasterioru-mallo

obumbrantur, iisdem omni quo potest modo exagit, affligat & oppugnet. Est namq; hostis immutis, nec in neficiis ac nemini par-
cens.

Illustri hoc in Danielis libro figura præfigatum est. vidit namque Propheta ingen-
tem & forum anicem duobus obarmatum cornibus, quibus omniabus terre animali-
bus insultabat, & solo prosternebat, quo-
cumque deum sub cœli cardine agerent:
Postea vidi arietem cornibus ventilantem con-
tra occidentem, & contra aquilonem, & con- Diabolus
tra meridiem, & omnes bestie non poterant resi- aries est
stere ei, neq; libera i de manueius. Quis pro- duobus ar-
digiosus hic aries est, manibus simul & cor-
nibus, quibus instrumentis noxa infertur, nibus.
armatus? Diabolus scilicet, qui variis sem-
per cornibus manibusque, id est, omnigena
malitia & crudelitate instrutus, non nisi
duo ut plurimum adhibet, quibus omnia ani-
malia, id est, viueros mortales, oppug-
net, duo inquam cornua, id est, duo perse-
cutionū genera aduersus duplex hominum
genus, contemplantes inquam & actiua vi-
ta deditos producit: qui læpe, nisi diligenter
aduident, ab illo vincuntur, & ad terram
alliduntur.

Et sane Herodes hic tartareus, si quem tentationum suarum pedicis construxerit, Diabolus &
ne forte elaboratur, idem plane cum ipso fa- Herodis
citur, quod Herodes Agrippa cum Principe compa-
Apostolorum Petro. Primo namque hic tio-
cum in Petrum manus violentas iniecisset,
in carcерem illum coniecit, qui ut pluri-
mum obscurus est & caliginosus: quo cor-
dis denotatur cæcitas, ad quam per pecca-
tum miseram diabolus animam pertrahit
iuxta illud Sapientiæ, Excaecavit eos malitia Sap. 1.
corum, peccantem inquam. Et illud epi-
stola ad Romanos, Obscuratum est insipiens Rom. 1.
cor eorum. Herodes Petrum in tetros abripit
carceres, diabolus peccatorem in mentis a-
nimorumque cæcitatatem, quæ tenebris no-
stris & caligine omni caliginosior & tetricior
est.

Egregias nobis suppeditat figuræ S. Scri-
ptura, quæ mysterioru omnium Theatrum
est. Prima sit Samson, qui cū in Philistæo-
rum manus cecidisset, funibus & tauris vin-
ctus,

*Peccatoris
miserita.
viii.*

Aus, & in tenebris ab ipsis compactus
eacerem, oculis est misere priuarus. Altera
Sedecias Rex, qui regno exutus, filius orba-
tus, & opibus omnibus spoliatus, tandem
Babyloniorum feritate oculorum orbes a-
misit. En vera peccatoris imago ac misera &
calamitosa eius sors: ubi namque semel in
diaboli manus incidit, confessim regni co-
lestis iacturam facit, omnigena gratia ac
virtute spoliatur, thesauris inquam incom-
parabilibus: omnia eius merita abripiuntur,
cuncta bona opera pessimumdantur; ca-
tenis insuper & compedibus ferreis grauatur
in carcere. retro pertrahitur, oculos de-
nique amittit & lumen: hi namque sacrile-
gi immanesq; Carnifex intellectus oculos
auerunt, & animam tetra circumfundunt
caligine.

*Miser Da-
idis con-
ditio.*

David rameti rex, & longe lateque per
Judæam imperitans, tristi nobis exem-
pli fit, qui oculis lacrymantribus hæc sibi o-
mnia contigisse confitetur, ubi primum in
scelus impedit, & mentis inprimis se cæci-
tate percussum, *Dereliquit, inquit, me vir-
tus mea, & lumen oculorum meorum, & i-
pum non fit mecum.* Solebam, inquit, genero-
sos præferre animos, mascula mente & he-
roica omnia contemnere pericula, sed mo-
do quæ mea inertia & languor? nullæ mi-
hi suspetunt vires, animus concidit, lumen
amili & oculos, & in horrenda viuo cali-
gine; eo scilicet me miseriarum peccatum
deduxit. Talis haud dubie peccatoris est
status, an non vere miserabilis ac lacrymis
dignus?

48.16.

E maximis & summe horrendis Ægypti plagiis fuit ipsa tenebrarum, nihilque adeo Pharaonem & vniuersum eius regnum perterrituit, ac triduana illa per omnia penitralia caligo atque obscuritas generalis. Fatendum sane, animæ cæcitatem non minorem esse in peccatore plagam, est namque celestis quedam punitio, diuina iracundia effectus, iustum & par peccato supplicium, quodque proculdubio metuen-
dum.

Vidi iam olim in Apocalypsi, & viden-
do simul obstupui malignum quemdam An-
gelum, qui phialam ira Dei plenam aduer-

sus solem effundebat, qua eius obsecurare lu-
men conabatur. Mysteriorum profunda ri-
matus dicere audeo, hac nobis allegoria dæ-
monis, Angelii illius peruersi ac scelerati ma-
lignantatem denotari, qui omnimodis & nul-
la non arte irarum suarum ac furoris phia-
lam contra animæ solem, id est, rationem,
effundere, hancque obfuscata faciem conni-
titur, vt hoc modo nos excæcer, itaque in-
intolerabiles tenebras & caliginem coni-
ciat. Hæc sunt in quibus Herodis cancer &
tenebrae cum peccati Dæmonisque carcere
pariantur.

Refert deinde historiæ series, duabus in-
gentibus ab Herode catenis Petrum in car-
cere vincitum fuisse, ex more scilicet & con-
suetudine omnium gentium, quibus, quo-
quot carcere frænabant, solleste erat vincu-
la, compedes, funes iniicere. Quam Arria-
nus exponens consuetudinem, manus & pe-
des simul reis ait constringi solitos, vt omnis
iis hoc paecto libertatis laxationis que spes &
occasio tolleretur. Hinc in Apostolorum
Actis legitur tribunus Paulum iussisse
duabus vinciri catenis, vt scilicet una manus,
pedes altera constringerentur. Tradit item
Suetonius, detectos à Nerone coniuratos, &
in carcere coniectos, tribus prætermo-
rem catenis ingentibus vincitos & oneratos
fuisse.

Hæc quin verissima sint, nullus neget: S. Petri pes
non hinc ramentum efficiemus, S. Petri pedes ca-
des vinciti
tenis vincilisus constrictos fuisse, quod non erant.
duobus è locis sacrae scripturæ evidenter e-
ruo. Expressæ namque de eo dicuntur, *Cecide-
runt catena de manibus eius.* Verisimile fit ergo
in pedibus eum catenas minime habuisse:
nam alioquin & illæ excidissent. Deinde, An-
gelus illi mandat, caligas confessim ut in-
dueret; quod pedum est indumentum. Con-
stat ergo verisimiliter, pedibus catenas mi-
nimè iniectas fuisse: hoc enim si fuisse, im-
pedimento fuisse, quo minus commode
caligas indueret.

Quoniam catenarum mentio iam sit,
proposito quadrabit, quod de Æthiopibus
scripto mandauit Herodotus; moris sci-
licet apud eos fuisse aureos reis compedes
iniicere. Notat quoque Plutarchus, Lydo-

V.
*Lib. 2. Et.**Act. 2. 7. i.**Sueton. int.**Nerone.*

diaboli captiuitate egressi fuerint, vna in virtutum exercitium bonaque opera incubant manu bene agendo, altera se aduersus insulatantum tentationum impetus rucantur, malum fugiendo. In hoc nempe vita perfecta altitudo ac sublimitas sit et. Hoc legis est caput & compendium, hoc omnium diuinorum mandatorum scopus: dæmon è contra hoc unum à nobis effugiat, ut bonū omittamus, & malum committamus; hoc que turbationum complementum, & æternæ damnationis initium & origo.

Non erit omnino abs te, si dixerimus dupl. pœnalē plici hac Herodis catena culpam & pœnam culpam denotari: peccatrix siquidem anima iniqui duo vincatum pelagus consendens & peccatum la, quibus conscientis, verumque hoc malum incurrit, culpam inquam aut reatum, qui est qui ligatur, dam diuina maiestatis, quam offendit, contemptus, & pœnam, id est, ad æternā supplicia, quæ declinando promeretur, condemnationem. Haec porro catenæ ita concatenatae sunt & firmiter iunctæ, vt, qui ab una soluitur, non simul & eadem opera ab alia dissoluatur.

Addo rufus, dupl. hæc catena significa. Peccatum si posse, vna quidem voluptates carnales ac carnale libidinem, altera eiusdem consuetudinem fortis est inueteratam: & ambo vincula sunt admodum dura, quæque nonnisi ægerime diffinguntur. De prima siquidem sub specie mulieris garrulæ ac vagæ, insidiasque iuuentu struens in Proverbiis scriptum est, vincula Prover. 7. catenæque manus eius esse. Hinc etiam in Euangeliō legere est, illum, qui recens uxorem duxerat, ita carnalibus voluptatibus ac deliciis inescatum ac cōstrictum fuisse, vt ad splendidissimas magni Regis nuptias inuitatus, venire se posse, aut ab uxore discedere prorsus negaret, Vxorem duxi, inquit, ideo non possum venire. Hoc namq; peccatum ita hominem constringit, vt mouere se loco nequeat, aut vel pedem limine efferte.

Consuetudo vero etiam catena est, non minus valida ac foris, eiusdem proprie cum natura potentia: nam consuetudo altera dicitur natura, naturam porro cogere, aut inclinationes naturales mutare velle, res est longe difficilima. In huius rei confir-

xum regem Cræsum aureis item à Cyro Persarum rege catenis vinclatum fuisse. Prodidit deinde Ammianus, Arsacem regem à Sapore Persa argenteis catenis constrictum. At quibus Petrus noster constricitus fuit, eius materia non fuere; sed pro more ferrea & quidem binæ, quo minus effugij locus pataret, & simul mysteria nobis manifestarentur, hincque eadem opera discernimus, misellos peccatores non secus, & eadem plane immunitate, à diabolo vinclatos habent.

Ceterum duplex hæc catena duplex peccatorum genus repræsentat, vnum quod omissendo, alterum quod committendo fieri solet: quibus generis humani hostis ita peccatorem constrictum tenet, vt dum liber, inde se commode expedire, aut amissam semel libertatem recuperare nequeat. Hoc ut intelligatis, memineritis oportet ad duo nos potissimum à Deo obligari, ad bonum scilicet faciendum, & malum evitandum. Docet hoc hisce verbis Psalmographus, Venite filij, auitem, timorem Domini docebo vos... quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? p. o'ribelinguanum tuum, & diuertere à malo, & fac bonum, & omni felicitate vita tua cumulabitur. Perinde ac si dicat: Quidquid præcipit Deus, quidquid edoceri homo potest virtutis studiosus, ad duo potissimum capita retroucantur, ad mali scilicet fugam, & boni praxim: inque his duobus Christianæ perfectionis cardo vertitur.

In huius rei figuram & in schemate ænigmatico Jeremiæ mandauit Deus, vt eradicaret, & plantaret, destrueret & ædificaret. Ut hinc doceantur Christiani praus exstirpare habitus, & passionum seruum impetum retinendre, mala fugiendo, illinc vero virutes plantare & ædificare, simul & opera bona, bene agendo. atque in his s̄ta sunt vniuersa, quæ præcipit Deus.

Huc facit, quod de veteribus Hæbreis in Eldæ libro legitur. Illi namque è Babylonica captiuitate reduces, vna manu trullam, altera gladium vibrantes, quo ab se hostium violentiæ propulsarent, templum redificabant. Dogma hoc Christianis esto, vt, postquam semel, Omnipotentis misericordia,

Plutarch.

lib. 27.

Moralis
catenarum
S. Petri
scensus.

Psal. 33.

Facere bo-
num & fa-
gere ma-
lum sunt
perfectio-
nis Christi-
anæ capita.

Figura.
Zerem. 19.

Allegoria.

Consuetu-
do est ca-
tena valida

Præ. 11. confirmationem in Proverbiis legitur; Adolexens iuxta viam suam, etiam cum fenerit, non recedes ab ea: id est, si semel lubricam insistere in flore ætatis viam cooperit, toto vita tempore ab ea non deflectet, quin imo nec in seño eam deseret.

De gemina hac catena egregie admodum locutus est S. Augustinus, dñm quādū quantum earum robur ante conuerionem expertus: *Ligatus eram, inquit, non ferro, sed ferrea mea voluntate: velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me.* quippe ex voluntate pernicioſa facta est libido, & dum feruit libidini, facta est cōfuetudo, & dum cōfuetudini non resistitur, facta est necessitas, quibus quasi annūis quibusdam sibimet innexis, unde catenam appellant, tenebat me vi obstrictum dura seruitus, &c.

1. Paral. 23. Omnia hæc, velut in figura & emblemata, in Manasse rege contigunt. ut est historia, quæ in Paralipomenon libris refertur, eruerit Hic enim à Regis Assyriorum præfecto captus, & vinculis oaurus & ferro, Babylonem adductus est. An non eodem plane modo infelicē peccatorem habet dæmon, propriis eum sceleribus constringens, atque inde in tartara, quæ vera Babylon mera confusione ac perpetua captiuitatis locus est, abripiens præcipitem, perpetuoq; constrictum tenens? Sed nos historiæ exceptæ glomus deducamus.

S. Petrus à duobus custodibus militibus. Herodes ergo cum Apostolorum Principem in vincula compelligeret, & catenis ferratis grauasset, à duobus enim noctu & interdiu custodiri iussit militibus, veritus ne compedes solueret, solutusque in libertatem se assereret. Ut morale allegoricumque etiam in hac re sensum demus, cogitemus oportet, dæmonem id ipsum cum homine, vbi semel nexus eius subiit, agere. Duo namque hi Herodis milites, duos etiam Satanæ satellites, longe prioribus deteriores, repræsentant, mundum videlicet & carnem: hi quippe sunt, qui miseros peccatores ac demonis vincitos fideliter asseruant, hi tartari custodes, & tenebrarum satellites.

An non meministis eorum, quæ in Redemptoris passione contigerunt? Et sane animam Jesu Christi sponsam incident, eam

Bessi tom. 3. de Sanctis.

recens semper corum seruanda memoria, magnique huius mysterij nota ac symbola cordi numquam non inculpta inscriptaque gestanda. Scriptum igitur est, *Judæos possum in sepulcro Redemptoris Dei filij de-*

Mat. 27.

*mortui corpus adhibitis circum monum- mentum custodibus assidue, impeditu- ros scilicet, ne ad vitam rediuimus resurge- ret, sanguines lapidem cum custodibus. Nou- aliter etiam dæmones fidelibus veris Dei filiis (Dedit eis potestatem filios Dei fieri) per *Ioan. 1.* peccatum mortuis, & semel in iniquitate sua sepultis fidis iis adhibent custodias, ne tu- mulo hoc egrediantur, perque penitenti- am à peccati morte ad gratiæ vitam resur- gant.*

Egregiam huius refiguram, sed histori- cam depromam. Philistæi iurati & impla- *Iud. 16.* cabiles Samsonis hostes comperto illum Gazam abiisse, vt Dalilæ, cuius amore illa- queatus erat, amplexibus peteteretur, illico cum obcederunt, & circumdederunt positis ad portas viribus custodibus, ne clanculo vt be elaberetur, & ibi tota nocte cum silentio *Allegoria.* p̄stolatissima. Qui allegorico hoc expo- nere sensu voluerit, coactum videbit, i- dem penitus peccatori à dæmonibus fieri. Mox enim vt infeliciem eius in funestum peccati & lapsus territorium ingressum, vt vel carnis, quam Dalila adumbiat, illicis irretiatur, vel inundi vanitates coacte- tur, perpere, continuo cum obcident, omnes aditus occludunt, omnia itinera in- tercipiunt, exitum omnem impediunt & omni modo allaborant, vt hoc in carcere per- petuo eum detineant, omnemque viam pra- scindant, quo minus in libertatem se asse- rat: primarij autem eius milites caro sunt & mundus.

Sunt hi nimis truculenti & barbari illi murorum custodes, de quorum rabie ac fu- more conquerens sponsa illa, percussum se male habitam, vulnusaram, ac flammeo spo- liatam ab illis expostulat, inuenient me, in- quicustodes, qui circumneunt ciuitatem, percosse- runt me, & vulnerauerunt me; tulerunt pallium *Cantic. 5.* munum custodes murorum. Caro enim & mun- dus fideles tartari satellites & custodes, vbi in

Ooo diri-

diripiunt, spoliant, percutiunt, & sexcentas
inferunt iniurias.

Luc. 11.

Huc forsitan respexit Redemptor, cum apud D. Lucam obiter ait, *Cum fortis armatus custodis atrium suum, in pace uite ea, quia possederet. Diabolus fortis est armatus, & imperterritus cataphractus, quod semel occupauit, sedulo admodum soliteque custodit, & quas captiuas detinet animas, tam auxie afferuat, in quo suas mundus & caro partes quam diligentissime obeunt, ut eius illae clabi carcere nequeant, nisi suum Excelsum brachium, dextram & potentiam violenter adhibeat.*

Caro & Mundus si- Caro itaq; & mundus fidei dæmonis sunt mundus si- satellites: caro namque deliciis, blanditiis, di dæmo- & illiciis peccatores, vinculis suis iam com- num custo- peditos, retinet, ne inde aliquo modo elab- bantur, mundus quoque honoribus, volu- ptatibus & diuitiis, retibus eos suis illaqueat, omnemque exitum iis occcludit. facit quippe mundus, quod olim Vagao Ho- loferni principi à cubiculis, cum casta Ju- dith: dixit enim pararius ille impurus, eam ad probrum & pudoris ruinam sollicitans,

Ind. lib. 12. *Non vereatur bona puerilla intrare ad dominum meum, ut honorificetur ante faciem eius. Et man- duces cum eo, & bibat vinum in succiditate.*

Mundus Vagao si- milis. Offert ecce infamis ille libidinis proxene- ta, ut honestam matronam ad libidinem compellat, honores, volupates, delicias, & coniuia exquisita: non secus & mun- dus, ut miseris animas infest, & Satanæ paret, honoribus iis & exteriori schemate & pompa ab blanditur, & voluptabus, de- liciis, recreationibus & opibus illaqueare studet.

Gen. 3. Caro idem quoq; facit, quod Princeps Si- chimorum cum virgine Diana Jacobi filia, qui ut eam vi compressam tristem vidit, & ob pudicitiae iacturam dolentem, blanditiis & delinimentiis demulcere studuit. Imitatur hoc caro; ubi enim animam violavit & pec- catorem in cassos suos petravit, sicut illi ab- blanditur, vtque eam commissorum pœnitente videt, omnigena eam assentatione & palpo demulcere conatur.

Denique persecutor ille Herodes, præter duos illos ad Petrum custodiendum de-

lectos laterones, quatuor alios delegit qua- tiones, id est, milites, quorum singuli quaternio, quatuor aliis præerant militibus, adeo, ut nes ad Pe- vniuersum viginti numero forent. Neque tri custo- enim satis ei fuit intra carceris illum angu- diam depu- stias custodire, nisi etiam fortis cum cu- stodiri iubeat, & ad omnes ianuas & adi- tus excubias collocet, ne forte effugiat, & immanibus manibus suis elabatur. Res no- ua & insolita profecto, ut qui plane exarma- tis est, tot militum cingatur custodia, tot excubiis positis afferuetur. Hinc & videri allegorice dæmonis truculentia & crudeli- tas potest, qui ubique locorum & ad singu- los adiutus fidum locat custodem, necubis- mel vincitus peccator manibus se suis sub- ducat.

Nescitis ecquid Euangeli prodictum Legio dæ- fit? Inueniunt ibi lunaticum quemdam monum- nocte dieque ab integra dæmonum legio- num homi- ne exagitatum, qui iuxta Romanorum le- nem affli- gionum numerum sex mille, sexenti, se- git. Zaginta sex, vniuersum erant. Ecquæ bar- baries! ecquæ rabiæ! quis furor! ad unius dumtaxat ruinam, vexationem ac perni- cienem tot à tartaro vires adhiberi, tot artes adiueniri, tot tamq; atrocias produci mol- mina.

Ut autem in tropis nostris ac figuris per- gamus, mihi sit verisimile, per quatuor hos quatenio- ce quaterniones alia quatuor denotari, quæ res morali- obstant, quo minus ad pœnitentia remedia ter expo- ac medelam peccator confugiat, & hoc pa- nuntur. Et peccati captiuitate & infernali tyranni- de regrediatur.

Primum est relapsus formido & renci. Relabendi dentia, quæ suggestit, frustra illeum & incal metus mul- sum dilectorum exomologism facere: bre- tos à pecca- ui namque in idem scelus prolapsurum, & ad tibi confessandem rursus petram pedes offendurum, sione terra- sed na stolidus & fatuus, qui panica hac for- midine concutitur, qui metum hunc me- ruit, illi futurus perfidilis, qui præ morbi vchementia ad extrema vita redactus, vel lethali sauciis plaga, medicum chirurgumq; idcirco reicit, quod vereatur, ne sanitati r.stitutus, in eundem denuo morbum rein- cideret.

Secundum est, omendationis finalis spes,
& pe-

& sperata in ultimo senio pœnitentia. hæc permultis peccatoribus impouit, inque scriberibus confirmat & detinet. De stolidi & inani hac spe, quæ mera potius præsumptio est, ita loquitur per Ecclesiasticum Spiritus sanctus, *Præsumptio non quædam multos perdidit. Fatuæ illæ virgines quod æquo diutius sponso venient ob viam procedere distulissent, venientes tandem, clausas viderunt ianuas, & ad nuptias ingredi minime potuere.*

Eph. 3, 17.

Pœnitentia dilatio pœnibetosa

Ita non pauci in procuranda salute mortali, & ad sui conuerctionem nimis lenti, pœnitentiamque æquo diutius differentes, beatitudinis nuptiis excluduntur, & misericordia ianuas obseratas reperiunt. Pœnitentia ergo dilatio noxia est, pœnibetosa, & maxime meruenda.

i. Reg. 3.

Figura loco erit, quod primo Regum libro de Samuele legitur etiamnum adolescentem. hæc ergo à Deo vocatus, nō ad ipsum, sed ad Heli Sacerdotem se conferebat, qui eidem assentando dicebat, *Vade & dormi.* Heli porro fortis interpretatur, denotat autem mysterium, multos à Deo cum internis & occultis inspirationibus, tum publicis concionibus vocatos, ad Heli se conferre, id est, proprias consulere vires & robur, sibi ipsi offerentes, adhuc ætate viges, adolescentes, & viribus polles, *vade & dormi.* id est, voluptatibus ac genio indulge, animi caperati turbænes ac nebulas discute, mentem serena, labores molestiasque in Dei cultu occurrentes declina: quid te ieiunio emaceras? latitiam indue, primos adolescentiarum annos deliciis ac gaudiis dedica, & sanctæ pœnitentiarum propositum conceperimusque in ultimos decrepitæ effœtaeque senectæ dies differ. Atque hoc ilicio permulti in muscipulam & interitum petrahuntur.

Tentatio-
nes diabo-
licæ circa
delegatio-
nem, quæ
in peccato
occurredit.

Tertium, ipsa est voluptratis esca, & delectationis in peccato latentis consecratio. Animo siquidem auribusque peccatoris cacodæmon occinit, ac suggestit, quas vitium offerat delectationes, quas contineat voluptrates, quibus si quis se priuet, vita forsitan priuabit, aut grauem saltem molestam, tetricam eam trahet. Quomodo inquit, voluptratem ac delectationem deseras, quam

hac & hac è re percipere soles? quoniam ab hac te muliere sequestres, adeo scita, blanda, mollicula, tantæq; te recreatione perfundere solita: fieri potest tam iucundos gratosque relinquere te contubernales? quid deferesne tot splendidissimas & exquisitas epulas, voluptratum incredibilium matres & paratis? His similibusque artibus vafer ille impostor multas decipit animas, easque in seros vitæ annos & canos deferre pœnitentiam cogit.

Quartum denique ipsa est pœnitentia iniungendæ à confessario formido. Persuadet liquidem & suggestit peccatori dæmon, si peccata sacerdoti aperiat, graui intollerabilem ipsum pœnitentia grauandum, seu perhorrescereturque corripiendum, dure inclementerque habendum; itaque timorem ille infiteri afferit, à conscientia consilium deterreret, & lunt.

a vita melioris proposito dehortatur. Hi quatuor Herodis tartarei quaterniones sunt & stipatores, qui peccatorem suo in peccato detinent, & impediunt, ne qua elabatur: *Dan. 4.* quatuor hi sunt venti violenti, quos olim in mari vasto depugnantes vidit Daniel, venti inquam, qui inter se depræliantur, & *Ezai. 57.* horrendas in peccatoris corde tempestates ac procellas cident. Illius enim cor à sacra Scriptura mari confertur; *Cor impij sicut mare furiens.* id est, cor peccatoris quatuor hisce ventis agitatum, quadruplici hac passione concussum, & hoc diabolicarum tentationum assidue pulsatum quaternione, astuans quidam ac procellosus oceanus est. Atque hæc sunt, quæ circa primam hanc partem dicenda mihi erant, iam ad alteram descendam.

Nouæ hac parte miraculosam D. Petri lationem ac liberationem prosequi polliciti eramus, quam si ad imitationem prioris allegorice moraliterque exponere voluerimus, inueniemus profecto, non minus hanc ad peccatoris iustificationem, quam incarcerationem ad eiusdem ruinam interitumque factuorū iucere. Etsi enim solus Deus iustificationis & stificatio-liberationis peccatoris sit auctor, secundum nis peccatorum acrae Scripturæ testimonia, *Liberate me de sanguinibus Deus, Deus meus;* id est, à peccatis: Et alibi: *Erue à framâ Deus animam meam.* *Psal. 50.*

Ooo 2 meam,

Psal. 129.

meam. & de manu canis unicam meam. & Quia apud Dominum misericordia, & copio a apud eum re lempio; multa tamen ad eam aliunde concurruat, & magno huic operi humerum quodammodo subiiciunt, operi inquam magno: nam D. Thoma teste, maximum Dei opus ipsa est peccatoris iustificatio, quæ omnia prope in sancti Petri liberatione, velut in figura concurrunt.

Ecclesia
pro pecca-
toribus o-
rat.

Cant. 4.

Ecclesia
precibus
suis cor
Dei vulne-
rat.

Math. 15.

Primum, Vniuersa militans Ecclesia nunquam non pro peccato. ibus, generatum saltem, Deum obsecrat, quemadmodum hic dicitur pro Petro vincere nocte dieque Ecclesia vniuersa preces ad Deum incessanter fudisset, *Oratio siebat sine intermissione ab Ecclesia pro eo*, Ecclesia namque est carissima illa ac dilectissima sponsa, quæ suis orationibus lachrymis, charitate, humilitate, aliisque modis Iesu Christi cor animumque ita vulnerat, nihil utrilli negare queat, sed ad petita qualiacumque demum annuere cogatur: iuxta illud Canticorum, *Vulnus rasti cor meum soror mea, sponsa, in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui*. Permagnum profecto est, rauilla respondam, ut oculi isti, & tenui crine, sponsi cor vulnerare, quod armis & omni violentia fieri in aliis vix queat: ut hinc discant fideles, etiam minima ab Ecclesia oculis dimanante lachrymula, & minimis etiam eius ore fusis precibus, Dei cor in tantum peti, ut compassione tangatur, emollecat, & velut in iuris ad miserendum iis, pro quibus ipsa supplicat, compelatur.

Ipsa scilicet pia illa, bona & diligens mater est (Ecclesiam intelligo) quæ ad imitationem Chananae illius, Iesu Christi aures numquam non fatigat, pro filiorum suorum in peccati captiuitate agentium, & a dæmonio misere diuinatorum liberatione supplicans. Dixit illa, *Miserere mei Domine, Fili David, filia mea male a domino vexatur*. Ecclesia porro pia illa mater clamat, *Domine clementer respice peccatores, fideles, filij mei grauerit a peccatis diuinatorum, & ab immundis spiritibus nimiope infestantur; miserere Domine, propitius eos intuere, & misericordiam iis praesta*.

Secundum, quod ad sancti Petri liberam Angelus actionem, atque inde ad generalem peccato. custos ad iustificationem concurreat & cooperatur peccatoris, Angelus custos est, qui ad peccatoris conversio. custodiam coferuationemq; constitutus, nem allam quæ potest ratiene illum iuare, & borat.

peccato, si in aliquod prolapsus est, educere contendit, ut & sanctum Petrum ab Angelo ex Herodis carcere eductum prodit his-

toria. Certissimum est namque Angelos salutis nostræ studioissimos & cupidissimos esse, vt pote quam iisdem Deus Optimus Maximus credidit, & peculiarem eius ipsos rationem habere voluit, ut ex

Psal. 90:

hoc Psalmi erimus loco, *Angelis suis mandavit de te, ut custidant te in omnibus viis tuis*: id est, ante vitam, in vita, & etiam à vita, in omnibus viis, id est, terra marique, rure in urbe, domi & foris, in omnibus viis, id est, tam in aduersis, quam in prosperis, belli & pacis tempore, in tempestate & in malacia, in omnibus viis, id est, noctu & interdiu, mane & vespera, omni deniq; loco, tempore & casu. Quorum verborum occasione ea in Soliloquii suis S. Augustinus extendit: *Dir. Cap. 27.*

ligunt nos, inquit, sancti Angelis Dei, ideoq; magna cura ad uns nobis, omnibus horis & locis, succurrentes necessitatibus nostis, & soli in disserentes inter nos ad Deum, genitius nostros atq; suos. Angelis spirantes referentes ad eum, ut impetreremus proprie- tatem misericordiam, ambula: t nobiscum in omnibus via nostris, intrant & excunt nobis. *Ser. 46. ad fratrem in tre-*

pelatur. Idem quoque Doctor, sed alio loco & ali. modo. is verbis hanc rem pertractat, eamque latius deducit. Sic porro fratibus suis in extremo a- gentibus Angelorum custodiam, curiam soli. Mirabiles citudinemque promiseris mortalibus depin- effectus git: *Angeli sicuti sunt, inquit, per quos sustentur Angelorum tamur, per quos in terra & mari iuuamur, per in hominum quos monte & corpore illeminamur, per quos in tribulationibus & angustiis consolamur, per quos ab infermitateibus frequentius liberamur, per quos & à quibus in extremis protegimur, per quos infideles diladamur, per quos a maligno spiritu defendimur*. Dicne quid elegantius, quid ad nostram consolationem efficacius, aut ad Angelorum honorem commendandum poten- tius queat.

Jacob

Go.18. Jacob ē Mesopotamia redux hæc omnia
figurata & in mysterio conspexit, dum nimirum
prodigiosam illam scalam intueretur, per
quam sine intermissione & assidue Angelorum
plurimi hinc descendebant, illinc rur-
sus alii ascendebant, vti in libro Genesios re-
fertur, *Vidit scalam, Angelosque ascendentēs &*
descendentēs. In quæ verba hanc prius Bernar-
dus paraphrasin producit. Nunquid eden-
tem quempiam veſtiantem vidit ce te non, quæ a
non habemus h̄c manentem ciuitatem, nec suu-
ram adhuc possidemus, sed inquirimus. Et ut eam
consequamur, & in illa eis similes simus, Angelis
summo studio ac diligentia ascendunt, ac de-
scendunt.

Nd.35. Ad propositum est quædam Diui Hieronymi Psalmi 13. lectio: Nam quo loco vul-
gata editio præfert, *Immittet Angelos Domini*
in circuitu timentium eum: ipse legit ex
Hebreo, C: cumdat Angelus Domini in gyro
timentem eum. Alii vero sic interpretantur, Ca-
stra metatur Angelus Domini in circuitu timen-
tium eum. Quod recipi, & ad oculum seruo
suo Eliseus Propheta, ob oppidum, in quo
*figura, qua tun comorabatur, a copiis Syriacis obfe-
ctilatur, sione circum cinctum trepidati & expalanti
quam sint ostendit. Orante namque Propheta, oculos*
seruo Dominus aperit, quibus aperiatis vidit
lux angelī, hand procul inde montem vicinum equis &
*igniris circumquaque curribus circumse-
pum, Eliseo auxiliari paratis, si forte hostes*
*obsessionem premerent & oppidanos vrge-
rent acris, quæ omnia Angelorum siebant*
*adminiculo; vt hinc eadem opera manife-
stum fieret, quam sollicitate pro nobis An-
geli laborent, quantum salutis nostræ curam*
gerant, quo ad hominum conseruationem
cooperentur modo.

Cat.3. Sanctorum Angelorum singularis cura, &
admirabilis quædam Dei providentia, qua
id hunc potissimum instigatorum, evidenter
ex illis. Canticorum verbis colligitur: *En-
tū um Salomonis sexaginta fortis ambunt ex*
fortissimis Irael, omnes tenentes gladios, & ad
bella doctissimi, omnis casusque ensis super femur
suum propter timores nocturnos. Leculus ille
regius, in quo Salomon noster quisicit &
dormit, animam insi haud dubie representat: in illa
liquidem cœlestis ille sponsus sua-
lægnis
moralitas.

uiter requiecit, cuius nimirum delitiae sunt
esse cum filiis hominum, vti de seipso testa-
tur. *Excubia autem & vigiles illi fortes, san-*
cti sunt Angeli, vt colligere est ex illo i salmi
*loco, *Benedicte Domino Angelos eius, potentes Psal. 02.**
virtute faciente, vrbum illius.

Opem hanc & sollicitam Angelorum pro-
mortali bus curam, auxiliumque in omnibus
rebus nostris, misericordie deprecatur sapiens,
cordata & admirabilis illa Judith. Ita por-
ro loquitur, *Venit Dominus, quoniam custo-
diuit me Angelus eius, & hinc eum, & ibi Judithæ de-*
comorantem, & inde huc reuertentem: O Angelorū
non permisit me Dominus ancillam suam coin-
quinarī.

Vere ergo, vti colligere licet è iam dictis.
Ecclesia simul & Angeli ad peccatoris libe-
rationem iustificationemque concurrunt, &
allaborant, quemadmodum ad sancti Petri è
earcere educationem Angelus eius est coo-
peratus: fatendum tamen ac dicendum, Deum Deus solus
virtusque rei solum & auctorem esse & cau-
auditor iu-
sam primariam. De peccatoris siquidem san-
ctificatione ac iustificatione res est quamvis pecca-
certissima. Testem omni exceptione maiorē
habemus Psalmum dicentem, *In Deo salutare Psal. 01.*
meum, & gloria mea: Deus auxilium mei, & spes:
*mea in Deo est, & alio in Psalmo, *Leuani ocu-*
lo meos in montes, unde veniet auxilium mihi;
*auxilium meum à Domino.**

Veritatem item hanc perspectam habebat
sapiens illa Esther: in ardentí namque & hu-
mili oratione sua alium prætersolum Deum
conseruationis suæ auctorem, salutis causam,
& omnis spes basim non agnoscit, orantem
audire vultis? hæc eius orationis sunt verba,
Nos autem libera in manu tua. & adiuua an-
cillum tuum, nullum aliud auxilium haben-
tem nisi te Domine. Ipsem Dominus et-
iam rem ad amissim ita se habere apud Pro-
phetam testatur: sic namque de se Isaielilo-
*quitur, *In me tantum auxilium tuum, quasi**
diceret, Noueris peccator ab alio te præter
me salvau non posse, in mei solius manu si-
rum auxilium tuum, quapropter alia te spe-
rire nefas est. Denique quidquid in miracu-
*lo 3. Petri liberatione peractum est, in pec-
catoris iustificatione habere etiam locum*
solet.

Vt rem ita se habete utrimque videsmus, & paria in vitaque peragi, primo notemus oportet, lumen per carcere caliginem subito emicuisse, & horrendas illas tenebras discussisse, *Lux enrufuit in habitaculo*, id est, in carcere, in quo Apol. olorum Princeps vincitus tenebatur Ita dum peccator est capti, itate & carcere peccati soluitur, quod iustificati dicimus, internum conscientiae lumen semper praecedat neceste est, id est, quamdam gratiae praeuenientis faciem, quo interiora illuminantur, cor irradiatur, peccatori oculi aperiuntur, adeo ut eius adminicculo & claritate iniquitatum suarum horrorem agnoscat, obtinenda venie & impetranda misericordiae rationes excogitet.

Vt primum, quod in totius vniuersi fabrica condidit Deus, ipsa fuit lux, *Dixit si lux*, & facta est lux: ita in peccatoris iustificatione, quæ secunda velut creatio est, primo omnia producit lux, & lumen gratiae infunditur. David ut peccator hoc agnoscens propterea sic Deum obtestatur, *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte*. oculos referari ac recludi petrit, non corporeos (neque enim cœcutiebat) sed animæ & internos, eo quod peccati nox terra eos caligine tenebrisque oppleuerat. Et sane hoc in loco alibi exlamat, *Domine Deus meus illuminare tenebras meas*, &c. quasi diceret: Primum quod peccatori malum peccatum creat, est solem obtenebrare, rationem tollere, tenebrasque vbius circumfundere, ita etiam prima gratia origo & effectus est diem inducere, fenestras aperi, lumen afferre. Atq; hanc ob causam peccatum etiam nocti tenebrisque, gratia autem diei ac luminis aequiparari consuevit.

Hinc Regius Propheta eum de seipso locutus esset, de alijs loquens, hoc illis confidit, utilissimum sane ac prudentissimum: *Vanum isti vobis ante lucem surgere*. Verba haec enigmatica & obscura, sed insigne includunt mysterium. Dicere porto vult, peccatores, vbi semel in peccati abyssos precipitatis, inque tetram illius voraginem prolapsi estis, erratis, si inde egredi, & ad iustificationem peruenire vos posse ante puratis, quam lux ex alto vos præueniat, & primæ

gratiae, quam excitantem appelleamus, sol in animis vestris exortatur.

Quod ut melius intelligatis, presupponendum est, tantam esse peccati nequiriam, ut eo peccantium mentes exacerbentur, & quocumque demum loco reperiatur, eo semper nox ac tenebra proxime sequatur: adeo ut quo peccator delinquit momento, eodem spiritus & rationis oculos, id est, animæ amittat veroque intelligentia lumine spoliatur, iuxta illum damnatorum apud inferos clamorem expostulationemque apud Sapientem, *Sol intelligentia cognitionisque non est ortus nobis*, nec animæ nostræ oculis, mensque nostra perpetuum lumen passa deliquerit, sed per gratiam peccatoribus lux exortatur, aurora in quam illa gratissima: actum accommodari illis hoc Propheticum queat, *Habitantibus in regione umbra mortis*, *Isai. 9. lux oritur et*, id est, verbo ut dicam, *Qui in peccati tenebris agebant*, quæ vera animæ mors est, lumen gratiae superuenientis conspexerunt.

Figura huius rei esto plus ille senex Tobias. Hic cum hitundineorum stercorum in oculos delapsu lumen amisisset, & penitus cœcutierat, ac felle piscis exenteratus illos illiusset, visum amissum recuperavit. Omnes medelæ huius prodigiosæ circumstantia insigne denotabant mysterium, peccatores videlicet rerum temporalium fordibus ac stercore (quas feco hoc titulo Apostolus dederat, *Omnia arbitror ut stercora*) vel potius turpibus foedatum dilectionum est peccato manantium inquinamentis & illuvie exacerbatum, felle piscis exenterati confessim illuminari, dum scilicet non tam delectationem peccato fornicatus adharentem, quam amarum pœnarum sempiternarum & suppliciorum nullo finiendorum æuo, quæ in caput suum peccando accersit, fel ad animum aduocat.

Secundo, dicitur Angelus cœlo delapsus, *VI. Perrum in carcere*, medios inter latrones Angelus dormitantem excitaturus, eius latus tetigis. Petri latu se. Per quem tactum motus quidam interior tangit, ut cœlo veniens, & à diuina proficiens dexterum extra representatur, iuxta illud Apocalypses, taret. *Ecce stans ostium, & pulso. Dicum ad cordis Apoc. 3. nostri*

Musin-
mia pec-
cata ad
rem è pec-
cato ex-
citatum.

l. 19.

Dormien-
tum diuer-
sus colla-
re compa-
nium di-
finitate.

l. 1429.

nostri ianuam consistere, & pulsare, vt auditus detur, metaphoricæ locutiones sunt, quibus occultæ Dei inspirationes, mores interni, & cordis pulsationes, quibus gratia suæ iter & aditum parer, nosque in vitiorum nostrorum carcere dormitantes excitet, intelliguntur. Postquam enim palpebras Deus reclutavit, & peccatoribus lumen iam infudit, cuius splendore culparum caliginem agnoscent, illico dolorum sensum, contritionem, & internam scelerum displicentiam immittit, qua velut in corde raeti & pereusti, è somno obliuionis Dei exercefunt, dolenteque tam benignum se offendisse Dominum, paenitere que illos tanto cum contemptu & iniustitia illius maiestatem ad iracundiam prouocasse.

In huius rei figuram facit, quod de Elia in terrio Regum libro legimus, hic igitur sub umbra iuniperi dormiens ab Angelo è somnis est excitatus, *Proiecitque se, & obdormiuit in umbra iuniperi, & ecce Angelus Domini tenuit eum, & dixit illi, surge & comedere.* Ita etiam peccator sub silvestrium volupratum ac delectationum è peccato orientium umbra suauissime sternens à Deo, vel Angelis vel per motus internos, vel per inspirationes occultas excitatur.

Obseruemus hic necessum est, varia peccantium esse genera, vi & dormientium variarunt. Dormientium alii leuiter dormiunt, & ad minimum excitantur strepitum alii alium diu stircent, & antequam expurgescantur, pulsari trahique debent, denique alii tam profundo tenentur sopore, vt violenter percutiendi sunt; & vi facta è lecto trahendi. Ad eundem plane modum inter peccatores alii adsolam prædicationis vocem excitantur, alii correptionibus, obiurgationibus, ac comminationibus pulsari debent, alii demum ut exercefiant, (adeo enim peccatorum somno ac lethargo profunde adorbuti sunt) tribulationibus, aduersis aliisque à diuina dextra immissis flagellis feriendi sunt.

In quam rem in Moralibus scribens sanctus Gregorius ait: *Impiorum oculos culpa claudit, sed ad extremum pena aperit.* Vidicerat hoc ab Isaia scribente capite vigesimo o-

ctauo: *So'a vexatio intellectum dabit audiui,* quasi diceret, peccatum consopit peccatorum, ciusque palpebras in somnum trahit, sed pena eum suscitat, & oculos aperit. Quibus accedens eloquentia Græca torrens Chrysostomus, hoc suum adferit symbolum, *Nihil sic peccata in memoriam reuocare conuenit,* Et pena & castigatio, quæ ob eadem immittitur.

Exemplo & argumento sicut fratres Iosephi: cum enim in innoxii vitam omnes conspirasset, post multorum demum annorum euolutionem in carcerem Ægyptum coniecti, veritatem capite lucerent, & vita discri- men ob præteritas noxias adirent, statim in mentem reuocarunt pristinum illud com- missum in fratrem facinus, ac secum ipsi dixerunt, *Merito hac patimur, quia peccauimus in fratre nostrum Ioseph,* quem in Ægypto vendidimus, peccata nostra iunt, quæ affli- ciones nobis has causantur & procellas. Hinc ergo vobis cum dispicite, quomodo ad- uersis & immissis plagiis è somno scelerum peccatores excitantur, vt Angeli pulsu tactuque Petrus dormiens in carcere exci- tatur.

Tertio, historiæ textus habet, Angelum Petro dixisse excitato, *Surge velocitur.* Vnde discimus, & res ipsa docet, prompte celeri- terque post peccati ruinam nobis surgendū, & è econtra vitiorum, in quod incidimus, sine villa dilutione, nulla indulta requie egrediendum. Confutit illi hoc pacto Sapiens, *Non tardes conuersi ad Dominum, & non differas de die in diem: subito enim veniet ira eius, & in tem- pore vindictæ differdet te.*

Huc faciunt S. Augustini verba ad Fra- tres in Eremo, *Provisi Deus veniam paeniten- ti, sed non promisit usque incrastinum differen- ti.* In paenitendo namque dilatio est noxia, & celeritas nimio perelaudabilis. Quapropter peccatoribus probe consulti Psaltes, vt quam celerime è peccati voluntario exili- ant, *Conuertantur, inquit, & erubescant valde* *velociter, & summa diligentia.* Consilium hoc regium bimembre est, & duo includit, primo promptam velocemq; conuersationem deinde pudorem & confusionem, quæ tam sc- qui

Hom. 3.

Gen. 42.

Afflic-
tiones pecca-
tores sopi-
tos excitant:

Ecl. 5.

Conuersio-
ne non est dif-
ferenda.

Ser. 30.

Conuersio-
ne peccato-
ris semper.

Psal. 6.

debet et
bescientia
sequi.

qui debet. Peccatum enim non modo peccato faciem debet obuertere, & ad Deum conuertere, sed etiam erubescere, & cum pudore & verecundia ad eum accedere. Dux haec semper in diuidui esse debent comites, & a numquam à se mutuo disiungi: conuersio enim pudoris expers, praeceptio portius quedam est, vel effusione impudentia, quam sincera contrito aut pœnitentia.

B. Apostolus Petrus verum huius rei nobis, ergo id si gura exemplum dedit, præiuit que quo in hac re gerere nos oporteat modo. Ab Angelo namque ex parte factus, iussuque confessum surgere, statim surrexit, carcere egressus est, portam pertransiisse ferream ianuamque se in libertatem assertum cernens, oculis in cœlum sublati, præstupore exclamauit. *Nunc scio vere, quia misit Dominus Angelum suum, & e ipius me de manu Hero us, & de omni expectatione plebus in teorum: alludens ad hæc Psalmista verba, in hoc cognoui, quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me.* Herodes scilicet super morte mea, nec de me velut vixtor trophae cieget.

Videtur hæc eadem verba rursus mutuata Apostolus ab eodem Psalmista, sed alibi dicente, *Saluum me f. cit, quoniam voluit me.* quoniam suum hoc pacto erga me amorem patet facere voluit. Ita eodem sensu Apostolus noster Deum misse ait Angelum suum, & ab Herodis tyrannie omniq[ue] aduersariorum suorum exspectatione, mortem, interitum, exitiumque suum spectantium liberasse. Videbantur porto hoc illi modo insultasse aduersarij, disendo: *Sperauit in Domino, eripiat eum saluum facias eum, quoniam vult eum.* Et ita reuera factum est, vt in ipso illud Paræmographi locum haberet, *Iustus de angustia liberatus est; & in tuto collocatus, cum ad extrellum redacta omnia videbantur.*

Hæc igitur est, Auditores, viuenda captivitatis, carceris, & admirabilis liberationis è vinculis beatissimi Apostolorum Principis series & filum. Hinc discatis licet sexcenta documenta, sexcentos hauriantis conceptus, consolationum mare, & miraculorum iliadem. Disceite inquam, quomodo summi Dei amici & perfamiliares ab affi-

ctionibus & aduersis minime sint immunes, vt illustrissimi Ecclesiæ Præsules persecutoribus non minus alijs exagitentur; vt balenæ ac pisces maiores in amplitudinem salsedine vivant & enatent. Eadem quoque opera videte, quomodo mundus nouos semper Herodes emittat, qui Apostolos in vincula conseruant, quomodo tyranni discipulos Christi in ergastula compingant, vriosti ferro graventur, & velut malefici ac rei ad mundi tribunalia pertrahantur. Insuper considerate, quomodo affl. & s & exagitatis Deus semper succurrat, infontium patrocinium suscipiat, constitua impiorum dissipet, Angelos ad soluendos viectos submittat, suamque ibi exercitat potentiam, vbi humana non suppetunt auxilia. Hæc cogitate, hæc mente animaque voluite, Deum laudate, eique gratias agite, & letum ob letam vicarij leui Christi & Principis Apostolorum liberationem opinionem canite.

Nec immerito sane, Domine, totius va- uerti Redemptor: atq[ue] hanc etiam ob causam festiu[m] cultu[m] & religione rei huius memoriam orbis Christianus celebrat, & Ecclesia post effusas in captiuis sui incarceratione lachrymas, lamentationes & plausum praefert, audito eum iam è carcere liberatum Tu ò magne animarum nostrarum Deus, afflictionum in caput tuorum procellas aduocas, & cum tibi placet, eas iterum submoues, tu ad imbarathra, & ad inferos vsque discipulos tuos deducis, & vbi lubueris, inde reducis, tu ferocia Herodis molimina explodis, tu persecutiones in fumos cogis evanescere, tu lumen retro in carcere oriri iubes, tu portas æreas confringis, tu exarmata vigilum ac satellitum custodia potenti manu viectos educis, & mundi potentiaz vixtor insultas. Tu in omni consolatore, magne Deus, afflictos semper consolatis, persecutionibus exagitatedos iuuas, pauperes recreas, & imbecillis robur animumque suppeditas. Tu Deus omnipotens, & penitus admirabilis, vbi vires nostræ deficient & humanæ, miracula operaris, vbi natura debilis est & languet, gratia ut præualeat, facis, vbi res extrema & restitum minatur, numquam in tempore oportunum denegas auxilium, cum Petri in carcere regemunt

Psalm. 40.

Psalm. 19.

Psalm. 21.

Proverb. 31.

munt ferro onusti , tunc cœlestes auxiliatores submittit & Angelos. Hem ! quam es in consilio sapiens, in auxilio promptus, in promissis fidelis, in consolationibus liberalis, in operibus ac mirabilibus tuis incomprehensibilis ! Nefas erat eum , qui vt alios solueret, destinatus erat , in Herodiano carcere vinclatum ligatumque remanere : rationi minime consentaneum erat , vt qui in aquis seruatus erat, & vndis sospes inambularat , in continentitur non esset, & in truculenti carceribus tyranni vita periculum adiret. Hæc mirabilem tuorum sunt opera, & potentia tua effectus, hinc honor, gloria , salus & benedictio tibi in æternum, hic ab hominibus, & in cœlo ab Angelicis spiritibus æterna beatitudine perfuentibus, decanterur, ad quam ingenitus nos Pater, & vnigenitus eiusdem Filius, atque ab utroque procedens Spiritus S. deducere dignetur. Amen.

IN FESTO S. LAURENTII
MARTYRIS.

Partitio.

1. *De martyrii præstantia.*
2. *De eiusdem elegy.*
3. *De Martyris Laurentij martyrio speciem.*
4. *De eiusdem in tormentis perforandis constantia.*

Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c. Ioh. 12.

FIGVRA.

Lxx.1.

Veteri sacrificiorum lege cautum apud Iudeos erat, vt si quando auis, vt tutur auro columba, Deo offerenda esset, in altari eadem subiecto igne cremareretur, & hæc victimæ holocaustum dicebatur , eratq; suauissimi odoris sacrificium , Deoque quam acceptissimum. In figura ac ritus huius complementum videte hodie, vt in lege Evangelica, sanctus Laurentius velut auis quædam cœleste effigie tom. 3. de Sanctis.

stis, Deo jamjam immolandus, non in ara, sed in craticula subiecto igne colloctetur , viuus concremeretur, & grauissimi coram Deo cœli fideliumq; omnium Domino odoris fiat holocaustum. Hac de re hodie verba faciā, hoc hodie vniuersa Ecclesia Catholica summa religionis cultusque significatione admiratur, hoc item martyrium illud est, cui par nō vidit orbis , quod cœlum juxta ac terram in admirationem rapit , quod vt decurrere atq; intelligere mereamur , ad Spiritum Paraclitum configiamus, eiusq; auxilium supplices inuocemus & gratiam , sed Deiparam, aduocata nostra ac patrona vt hic sit, adhibeamus, eamque ob causam cum Angelo Gabriele ipsam salutemus.

AVE MARIA.

I.

Inter sexenta mysteria & magnitudine eximia & profunditate magna, qua in Cantorum scrinijs archivisq; recondita latent, non postremum , meo quidem judicio , locum obtinet aureum illud Salomonis Regis reclinatorium, vel cœnaculum , cuius ascensus & gradus erat purpureus , ac rubicundus. Per reclinatorium hoc vel cœnaculum designari nō inconuenienter queat cœlū ipsum, Dei palatiū, illustre Sanctorum omnium refectorium, & gloriæ cœlestis locus; ad quā inter alias vias, per mortem porosissimum & martyrium, velut per cruentum ascensum, & gradus purpureos aditus patet. S. Hieronym. In Ez. eth. li. inter alios hoc exponit modo, dum suis in E. 1. hom. 11. zechiel commentarijs scribit , Ascensum Martyrium ha. et purpureum , quia maxima multitudo fide gradus ad lumen in exordio nascentis Ecclesia per martyrij sancti gloriam cœlestem.

Eandem, opinor, ob causam in proverbijs de Ecclesia sub schemate nempe illustris cuiusdam matronæ, dictum est, eius indumentum esse byssum & purpureum: vt bysso quidem candida eius signaretur innocentia , purpureo vero & coccineo colore tribulationes eius & martyria. Ven. Beda hæc ipsa eadem plane ratione verba exposuit, quem loquenter Cant. c. 3. PPP tem